Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In diebus illis; locutus
est ieremias dicens. Co
surge lauda in nocte
in principio uigiliarum;
effunde sicut aquam cor
tuum ante conspectum dni.
Leua ad eum manus tuas
pro anima paruulorum tuorum;
quia defecerunt fame in
capite omnium compeditorum.
Vide dne et considera
quem uindemiauisti ita.
Ergo ne comedant mulieres
fructum suum: paruulos su
os ad mensuram. si occidet
in sanctuario dni sacer
dos et propheta. Inuenti
sunt ergo super caput
meum: dixi peccauj. Inuo
cauj nomen tuum domine
de lacu nouissimo: uocem
meam audisti. Ne auertas
aurem tuam a singultu meo
et clamoribus. Appropin
quasti in die qui inuo
cauj te: dixisti ne timeas.
Iudicasti dne causam
anime mee; defensor uite
mee. dne deus ms. gr.

Conuertere dne aliquantulum
et deprecare super seruos tuos. V.
Dne refugium factus es nobis
a generatione et progenie. Alla:
Ostende nobis dne misericordiam tuam
et salutare tuum da nobis. lucam.
In illo tempore factum est in
una dierum: et ascendit
ihs in naiuiculam et di
scipuli eius. Et ait ad
illos. Transeamus trans
stagnum. Et ascenderunt.
Nauigantibus autem illis
obdormiuit. Et descendit
procella uenti in stagnum: et
complebantur et periclita
bantur. Accedentes autem
suscitauerunt eum dicentes.
Preceptor perimur? At ille
surgens imperauit uento
et tempestati aque: et facta
est tranquillitas. Dixit at
illis. Vbi est fides uestra?
Qui timentes. mirati sunt
dicentes ad inuicem. Qis
putas est hic qui imperat
ventis et mari. et obedunt
ei. offertorium. Sicut in holocausto
arietum et taurorum et sicut in